

In una parte.

79. Caduceum erectum uideo. Hinc inde ponderis notæ erant. O—O. sine literis.

In altera.

Leſta Conchæ, inuerſa imprimitur, purpura piſcis, unde pretioſiſſimi panni tinguntur. Ex earum certò genere mihi apparet, quæ in Oceani littoribus copioſiſſimæ reperiuntur. Flarum copiam ſanctuli (ut ſibi perſuadent) homines illi, qui Romam ad D. Petri, Laurentum, ad D. Maria, Compoſtellam ad D. Jacobi, aut aliorum, religionis ergo proficiſcuntur, galericulis ſuis abuunt ad oſtentum. Hinc inde ſunt eadem notæ, quæ ſuperius erant depictæ. Sextantem hunc æneum maiorem meminî me uidiſſe Roma apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

80. Roſtrum nauis impreſſum eſt, ad ſeuam itura: inter duo ſigna medium ponderis. O. Sine literis.

In altera.

Delphinus ad ſiniſtram conuerſus, abſq; ullo literarum, aut alio ſigno. Sextantem hunc æneum uidi Rome apud D. Antonium Auguſtinum, eumq; maximem.

In una parte.

81. Neptunus uidetur muſco marino coronatus, ſæuo obtutu, capillo barbaq; intortis, ad uellor formam. retro eum tridenti Victoria minor ſuperſtat, deũ laurea donans corona. infra collum ſigna. OO.

In altera.

Arion.